



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 80. Mons-Belligardense colloquium inter Lutheranos, & Calvinistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sedanum, & Jametium utpote suspectæ Sæcul.XVI.  
fidei oppida, ac hæreticorum recepta- A.C. 1586.  
cula, & asyla invadere vellent, Se-  
ctarios, qui in illis essent, ad unum  
omnes armis deleturi. Horum con-  
silia brevi effectui data: Guisius enim  
Dux aperto bello Bullionum Ducem  
insectabatur, Joyosa vero Dux illas  
corias, quæ Alvernias invaderent, in-  
deque in Delphinatum irrumperent, du-  
cere jubebatur.

Interea Regina Mater Briocum pro-  
pe Conacum in Engolismensi agro con-  
tendit, ut cum Navarræ Rege conse-  
rens eundem ad suas partes pertrahe-  
ret: igitur pluribus colloquiis utrinque  
habitatis multas ultiro, citroque quere-  
las proferebant, unde majori animorum  
acrimonia, quam ante congressum, ambo  
discedebant, & quidem Regina Fonte-  
najum, indeque Niortum, Navarræ  
vero Rex Rupellas contendebat.

### §. LXXX.

#### *Mons-Belligardense colloquium inter Lutheranos, & Calvinistas.*

Hoc item anno Mensis Martio ad con- *Thuan. l.85.*  
cordiam Calvinistas inter, & Lu- *Spond. an-*  
theranos stabiliendam nova rursus agi- *nal. n. 17.*  
tabantur consilia, hancque in rem Clau-  
dius Antonius Viennenlis Claravantius  
a Navarræ Rege in Germaniam decer-  
neba-

**Sæcul. XVI.** nebatur, qui speratas Protstantum  
A.C. 1586. suppetias maturare jussus a Friderico  
 Wurtembergensi Duce facultatem im-  
 petrabat, ut Mons-Belligardii, quod  
 oppidum, atque Imperii comitatus in  
 finibus Alsatiæ situs est, inter ambas  
 contendentium partes congressus habe-  
 retur, cui etiam die vigesima prima  
 Martii initium dabatur, ubi Lutheranorum  
 nomine Jacobus Andre Tübinger,  
 Lucas Oliander Wittembergensis  
 Aulæ Minister, & Snepfius inter-  
 erant: pro Calvinistis autem, seu Hel-  
 veticæ Confessionis Sectariis Theodorus  
 Beza Genevensis Minister, & Abra-  
 hamus Musculus Bernensis Pastor eo ac-  
 cesserant, ubi ipse Fridericus huic con-  
 certationi præerat, ac Beza, & And-  
 reas diu, acriterque, & non sine in-  
 genti verborum acerbitate disputabant,  
 & quidem præprimis de Cœna Domini,  
 Christi Domini Persona, sacris Imag-  
 inibus, Ecclesiis, & organis, necnon  
 de modo hoc instrumento in Ecclesia  
 utendi disserebant, ac demum etiam  
 de Baptismo, & prædestinatione dice-  
 bant. Ceterum hæc disputatio, cui  
 etiam exules Franciæ Protestantes in-  
 terfuere, absque ullo concordiæ successu  
 usque ad vigesimam nonam ejusdem  
 Mensis diem protrahebatur: nihilomi-  
 nus Wurtembergensis Dux Lutheranos

69

eo adigebat, ut Calvinistas tanquam Sæcul. XVI.  
A.C. 1586. Fratres suos reciperent, donec inter ambos doctrinæ unitas stabiliri posset: verum Jacobus Andre nunquam hoc honore Calvini Sectatores affici patiebatur. Postea Beza hujus disputatio-  
nis acta divulgabat, quæ tamen a Wittembergensibus confutata fuere.

### §. LXXXI.

#### *Crudelitates contra Scotiæ Reginam in Anglia inchoatæ.*

Interim nova contra Elisabetham con- Thuan. l. 86.  
Spond. n. II.  
Mem. de la  
Ligue tom. 2.  
pag. 201. spiratio in Angliæ Regno suscitata infaustum Mariæ Scotorum Reginæ exi-  
tium accelerabat; quippe omnia sedi-  
tiosorum consilia non ita pridem detecta eidem falso imputabantur, & cuncta ceterorum criminis in illam rejecta sue-  
re: quinimo ipsi etiam Judices delegati,  
qui eidem assignabantur, judicii acta maturare stimulabantur, atque ex illis triginta sex Fodringam Northumbriæ arcem, ubi jam decimi sexti carceris squallores patiebatur, sese conferebant, ut eidem demandatæ suæ potestatis li-  
teras traderent, quibus perleætis Ma-  
ria respondit: „non ego Angliæ Regi-  
„næ imperio obnoxia sum, proin nec,  
„ut coram illa in judicio compaream,  
„compelli valeo: Reginæ prærogativa  
„fruor, nec ulli, nisi soli Deo vitæ meæ  
„ratio-